



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Die 14. Ianuarii. De solitudine Christi D. per quadraginta dies in deserto.
Nemo securè apparet, nisi qui libenter latet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

plum nostrum abstinuit, aut quæ sustinuit. Nam imperare proprius actus est Dominationis, & Excellentia; obedire verò & humiliari, servitutis, & abjectæ conditionis. Unde quantum dominatio & servitus, quantum excellentia & abjectio, longè inter se distant; tam procul & remote à seipso, se Christus demittit, cum ad illa infima & abjecta descendit, quæ mavult facere, & factio suo nobis commendare, quam imperare.

Is. 28.

Hinc fortè dictum à Prophetâ: *Ut faciat opus suum, alienum opus ejus, ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo.* Quasi diceret, opus proprium Christi Regis, & Domini esset imperare, & imperando nos regere: at vero aliena sunt ab eo, & peregrina illa, quæ ad nos, instruendos prælegit. Atq; illud est quod Apostolus tanto perè de Christo Jesu prædicat, *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Et quæ plura illic sequuntur, non minus ad affectum ardentia, quam ad intellectum clara ut videas quò se usquè demiserit qui se nostrum exemplar fecit. Ah quoties vel videre dissimulasti, vel vidisse nil profuit?

Phil. 2.

III. PUNCTUM.

SIC nos igitur Christus Dominus exemplo suo magis urget quam imperio, Non modò quia inferiori em pudet non facere quod Superior facit, sed quia Superioris demissio & humanitas quæ in exemplo dato magis lucet quam in imperio exercito, tantam vim habet in animis hominum, ut qui alioquin fortè resistenter imperio cedant exemplo. Irritatur lege & præcepto concupiscentia, ut fusè probat Apostolus: at emollitur exemplo & gratia. Hæc est lingua tertia qua ut est in Ecclesiastico, multos commovit. Prima lingua est conceptus mente formatus; secunda

Rem. 7.
Ecc. 28.

est verbum quo conceptus exprimitur, tertia vero est factum seu exemplum, quod longè magis movet quam verbum. Sic de Christo, postquam Prophetâ dixit, *Ei factus est principatus super humerum ejus, paulo post addit, Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis.* id est, magis se ostendet Principem & ducem exemplo quam imperio aut præcepto, neque tamen propterea minus erit imperium ejus, imò inde augetur, & à multo pluribus tranquillè coletur, & pacificè.

Is. 9.

Hoc Christus stimulo suo imprimis urgebat; Scitu, inquit, quid fecerim vobis: Vos vocatu me Magister & Domine, & bene dicitu, sum etenim; si ergo laovi pedes vestros, Dominus & Magister; & vos debetis alter alteri la vate pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, Amen amon dico vobis, non est servus major Domino suo, neque Apostolus major eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea.

Mat. 23.

Observe hæc postrema verba, non beatum dicit, qui sciat, sed qui faciat, undè tu vide quam multa scias, & pauca facias; Vide quàm parum scias te moveri tot exemplis quæ quotidie contemplaris. Vide quàm sit ferreus quem tanta non emollit & urget Charitas, tanta humilitas, tanta mansuetudo, & aliæ virtutes ad imitandum propositæ. Heu quanti longè retroque manerent nisi tua præclara exempla inspicerent; Ecce adhuc te peccimus auditos tot signis tuis, & doctrinis! Quid fieret si tantum lumen ad sequendum te non haberemus. Lege integrum caput notatum; & illud familiare habeto in omnibus: Itane Christus fecit? Aut sicut si has Christi voces audires? *Sequere me. Qui mihi ministrat, me sequatur. Quid ageres? Quid responderes?*

Vide, Verbo Exemplum, Imitatio.

DIE XIV. IANVARI.

Nisi forte sit Dominica secunda post Epiphaniam, Quæ dum occurret, illi standum, prætermis aliis.

DE SOLITVDINE CHRISTI DOMINI PER QUADRAGINTA DIES IN DESERTO.

Et statim Spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, eratque cum bestiis. MAT. 4.

Magnum pars prima.

R

VERI.